Contro affectum honoris et altioris status.

Inclina cor meum Deus in testimonia tua et nō in auaritiā, auerte oculos meos, ne uideant uanitatē in uia tua uiuifica me. 118

Contra affectum, imoderatū cibi, et potus.

Regnum dei nō est esca, et potus, sed pax, et gaudiū in spiritu sancto. Ad Romanos 14. Spiritus est qui uiuificat: caro nō prodest quidquā. Ioan. 6.

Contra Curiositatē audiēdi, aut uidēdi [illegible]

Omnis gloria filiæ Regis ab intus. omnia enim infir-
p. 44. ma caduca, omnia mundana uana quantumcumque sint decora, in solo deo omnia plena sine fine, si Iesū sequeris, et omnia eius uideris, omnia in eo possidēbis. Post multa sacra uerba hoc unū teneo, mihi ad-
p. 72 hærere deo bonū est, et ponere in deo totā spem meā.

De marticulis ante initiū offi legēdi

In corde meo abscōdi eloquia tua ut nō peccē tibi.

Quando suscitaris in nocte.

Surge surge, qui dormis et illuminabit te xp̄us, qui promisit coronā uigilantibus et orantibus.

Cum uocatus fueris ad labore.

In Nomine Iesu Nazareni, surge et ambula, et fac opera tibi imposita, quia melior est obedientia quam uictima.

Inter laborē.

finis